4 In Feriis tempore Paschali ad Primam dicitur Capitulum *Neque exciderunt*; sicut in Dominicis & Festis. Post Capitulum semper respondetur *Deo gratias*.

De Oratione.

XXX.

Oratio in Vesperis & Laudibus dicitur post Antiphonas ad Magnificat & Benedicimus immediate nisi quando dicende sint Preces; que dicuntur post Antiphonas, & in fine illarum Oratio. Ad Primam & alias Horas Oratio dicitur post Responsorium breve, nisi dicende sint Preces: tunc enim Oratio dicitur post Preces. Ad Completorium Oratio dicitur post Antiphonam *Sive vos*; nisi dicende sint Preces & tunc dicitur post illas.

2 Ad Primam & Completorium nunquam mutantur Orationes que habentur in Psalterio, præterquam in triduo ante Pascha; in quo triduo ad omnes Horas usque ad Nonam Sabbati sancti inclusive post Psalmum *Miserere*, dicitur Oratio dei, ut suo loco ponitur. In aliis Horis regulariter dicitur Oratio, que dicitur in primis Vesperis. In Quadragesima autem, Quatuor Temporibus, & in Feria II. Rogationum, Oratio que dicitur est in Laudibus, dicitur tantum ad Tertiam, Sextam, & Nonam. In Vesperis autem sequentibus, si fit de Feria, dicitur vel alia propria, ut in Quadragesima, vel Dominica præcedentis, ut in aliis Feriis. Que Oratio præcedit Dominica semper dicitur in feriali Officio per Hebdomadam, quando propria non assignatur. Infra Octavas dicitur Oratio ut in die Festi; similiter in die Octava, nisi alia propria assignetur.

3 Ante Orationem, etiam quando aliquis solus recitat Officium, semper dicitur *Veni Domine ad adjuvandum me*, respondetur *Et cum spiritu tuo*, qui Versus non dicitur ab eo, qui non est saltem in Oratio Diakonatus, nisi in Diacono, presente Sacerdote, nisi de illis licentia. Si quis autem ad Diaconatus ordinem non pervenerit, eius loco dicit *Domine exaudi orationem meam*, respondetur *Et clamor meus ad te veniat*. Deinde dicitur *Oremus*, postea Oratio que si dicitur tantum dicitur, Versus *Domine adjuvandum me*, vel *Domine exaudi*, respicitur infra Oratione, postquam fuerit responsum *amen*. Sin autem plures Orationes dicendæ sint, ante quamlibet Orationem dicitur Antiphona & Versus, deinde *Oremus*; & post ultimam Orationem respondetur *Domine adjuvandum me*, postea dicitur *Benedicamus Domino*, respondetur *Deo gratias*. Deinde dicitur Versus

Fidelium animæ, qui Versus non dicitur post *Benedicamus Domino*, ad Primam ante *Preterita*, &c., neque in Completorium ante Versum *Benedicamus*, &c. nec quando post aliquam Horam immediate sequitur Officium parvum beate Mariæ, vel *Oratio defunctorum*, aut Septem Psalmi Penitentiales, vel sole in Canone.

4 Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur *Ave Domine*, ut ad Filium, *Qui ventura*, & regnas. Si in principio Orationis fit mentio Filii, dicitur *Per eundem*; si in fine Orationis, dicitur *Qui tecum vivis & regnas*: Si factus est mentio Sancti, dicitur in unitate dicitur *Sancti Spiritus Sancti*, &c.

5 Quando plures Orationes dicuntur, prima tantum dicitur sub una conclusione, *Per Dominum*, vel aliter, ut supra: alie non concluduntur, nisi in ultima Oratione, sed concludit Orationis semper proponitur *Oremus*, præterquam in Officio defunctorum, in quo alio modo, quam ut supra, Orationes dicuntur: Item in illislibet Orationes omnes dicuntur conjunctim sub una *Oremus*, ut suis locis habetur.

De Hymno Te Deum.

XXXI.

Hymnus *Te Deum*, dicitur in omnibus Festis per annum, tam trium quam novem Lectionum, & per eorum Octavas, excepto Feste sanctorum Innocentium, nisi venerit in Dominica, dicitur tamen in eius die Octava. Dicitur etiam in omnibus Dominicis, & Pascha Resurrectionis inclusive usque ad Adventum exclusive; & a Nativitate Domini inclusive usque ad Septuagesimam exclusive, & in omnibus Feriis temporis Paschalis, scilicet a Dominica in Abis usque ad Ascensionem, excepta Feria II. Rogationum, in qua non dicitur.

2 Non dicitur autem in Dominicis Adventus, & a Septuagesima usque ad Dominicam Palmaram inclusive, neque in Feriis extra tempus Paschale.

3 Cum dicitur, omittitur semper nonum, vel tertium Responsorium, & statim dicitur post ultimam Lectionem.

4 Cum non dicitur, eius loco ponitur nonum, vel tertium Responsorium, quo dicitur statim inchoatur Laudes. Similiter quando dicitur *Te Deum*, et Hymno dicit statim inchoatur Laudes, præterquam in Nativitate Domini qua tunc dicitur Oratio, postea celebratur Missa, ut suo loco notatur.

De Oratione Dominica & Salutatione Angelica.

XXXII.

Oratio Dominica *Pater noster*, & Salutatio Angelica *Ave Maria*, semper dicitur secreto ante omnes Horas, præterquam ad breve brevem *Præterita* versus *Adjuvandum nostrum*, dicitur tantum *Pater noster* secreto, & in fine Completorii, statim post Orationem beate Mariæ, dicitur *Pater noster*, *Ave Maria*, & *Credo* tunc similiter secreto. Finitis horis, & dicto Versu *Adjuvandum nostrum*, dicitur similiter secreto *Pater noster*, tan-

Rubricæ Generales Breviarü.

tantum, nisi sequatur Officium beate Mariæ, qua tunc post illud dicitur *Pater noster* ut supra, & nisi alia Hora subsequatur; tunc enim dicitur semel tantum *Pater noster*, cum *Ave Maria*, pro principio sequentis Horæ, qua finit dicitur *Oratio noster*; ita ut semper dicitur in fine ultime Horæ. Si autem post Vesperas immediate sequatur Completorium, dicto *Præterita* anime, incitur Versus *Tuus dominus*.

2 Quando in fine Orationis Dominice profertur est clara voce *Et ne nos inducas*, semper in principio eadem voce profertur, ut in Salutatione Angelica semper dicitur ante Officium beate Mariæ, quando non conjungitur cum Officio Domini; qua tunc sufficit dicitur eam in principio cum Oratione Dominica.

De Symbolo Apostolorum, & Symbolo S. Athanasii.

XXXIII.

Symbolum Apostolorum semper dicitur ante Matutinum & Primam, & finito Completorio post Orationem Angelicam, eorum secreto; etiam ad Primam & Completorium iterum dicendum sit cum Precibus. Quando vero dicitur cum Precibus ad Primam & Completorium, clara voce profertur *Credo in Deum*, & in fine *Carnis resurrectionem*, reliquum dicitur secreto: alias tunc secreto dicitur ut supra.

2 Symbolum Sancti Athanasii dicitur ad Primam post Psalmum *Reverbera*, in omnibus Dominicis per annum, quando Officium fit de Dominica, exceptis Dominicis infra Octavas Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, & Corporis Christi, ac Dominicis Resurrectionis, & Pentecostes, in quibus dicitur tantum tres Psalmi consecuti, ut in Festis. In Dominicis infra alias Octavas, & in Dominica Trinitatis dicitur, alias nunquam, neque si aliud Festum duplex celebratur in Dominica. Et in fine illius dicitur *Gloria Patri*.

De Precibus.

XXXIV.

Preces sunt aliquot Versus, qui aliquando dicuntur ante Orationem, incipiunt in *Kyrie eleison*, vel *Pater noster*.

2 Preces Dominicæ ad Primam & Completorium, ut in Psalterio, non dicuntur in Duplicatione, nec infra Octavas, nec in Vigilia Epiphaniæ, & Feria II. in Sabbato post Octavam Ascensionis, etiam infra Octavam in Officium de Dominica, vel alio Feste semiduplici, quia tunc ratione Orationis non dicuntur; alias autem semper dicuntur.

3 Preces feriales ad Laudes & per Horas distiñtæ, ut in Psalterio, dicuntur tantum in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, & Vigiliarum que jejunantur, (exceptis Vigiliis Nativitatis Domini, ac Vigiliis & Quatuor Temporibus Pentecostes) & tunc di-

cuntur flex genibus. In aliis Feriis per annum nunquam dicuntur nisi Dominicæ, & in illis non habentur genus.

4 In Feriis Adventus, Quadragesimæ, & Quatuor Temporum, dicuntur Preces feriales etiam ad Vesperas, si non sequatur Festum; ad Completorium dicuntur consistit de Dominica, sed flex genibus. Dicuntur autem Preces flex genibus ab Hebdomadario usque ad Versum *Benedicamus Domino*, post ultimam Orationem.

5 In Vigiliis, Preces feriales dicuntur tantum ad Matutinum, & per Horas, ad Vesperas vero sequentes non dicuntur, quia inde fit de Feste. Quod si post Vigiliam sancti Mathias sequatur dies Quadragesimæ, in Vespere dicitur Preces feriales, quævis diebus sit Oratio Dominice præcedentis, & non Vigiliæ. Quod etiam servatur quando in Feria VI. & Sabbato Quatuor Temporum Septembris fit Officium de Feria, cum in eis non occurrat Festum novem Lectionum; tunc enim in Vesperis Feriæ VI. dicitur Preces, quævis diebus sit Oratio Dominice præcedentis, non autem Feriæ Quatuor Temporum.

6 Psalmus *Miserere*, dicitur cum Precibus ad Vesperas tantum, & Psalmus *De profundis* ad Laudes. In Officio defunctorum dicitur Psalmi, qui in eo Officio designantur.

De Commemorationibus communibus, seu Suffragiis Sanctorum.

XXXV.

Commemorationes communes, seu Suffragia de Sanctis que habentur in Psalterio post Vesperas Sabbati dicuntur in fine Vesperarum & Laudum; ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam Passionis exclusive, & ab Octava Pentecostes usque ad Adventum exclusive, in Dominicis, Feriis & Festis (nisi Officium sit duplex, vel infra Octavas, etiam si fit Dominica, vel semiduplex infra eas fit); & illis adiungitur Commemoratio de Patro, vel Titulo Ecclesie, ante vel post Commemorationem de Sancta Maria, & de Apostolis, pro dignitate illius; ita tamen, ut semper ultimo loco ponatur Commemoratio de pace. Et ante illas in feriali Officio fit Commemoratio de Cruce, que habetur in Psalterio post Laudes Feriæ secundæ.

2 Tempora Paschali fit alia Commemoratio de Cruce, ut ibi ponitur in Laudibus Feria II. post Dominicam in Abis, & ea solum tunc dicitur, non tamen in Duplicibus, neque infra Octavas.

3 si facienda sit Commemoratio aliquis Festi Resurrectionis, non dicuntur in Duplicatione consueta, etiam ante Commemorationem de Cruce.

4 Commemoratio de S. Maria non fit cum aliis quando dicitur eius Officium parvum (nisi sit Patrona, vel Titularis eius Ecclesie) nec quodcumque fit Officium de ea.

Rubricæ Generales Breviarii.

De Antiphonis Beatæ Mariæ in fine Officii.

XXXVI.

Antiphonæ beatæ Mariæ possit in fine Psalterii post Completorium, singulis dicuntur pro temporis diversitate, ut ibi annotatur, præterquam in triduo majoris Hebdomadæ ante Pascha.

² Dicuntur autem extra Chorum, tantum in fine Completorii, & in fine Matutini, dictis Laudibus, si tunc terminandum sit Officium; alioquin si alia subsequatur Hora, in fine ultime Horæ. In Choro autem semper dicuntur, quodcumque terminatæ aliqua Hora dicendum est à Choro.

³ Numquam vero dicuntur post aliquam Horam, quando subsequitur cum Officio dicti Officium Defunctorum, vel Septem Psalmi Penitentiales, aut Litanie, præterquam post Completorium, in quo semper dicuntur, etiamsi prædicta subsequantur; neque etiam dicuntur

quando post aliquam Horam immediate subsequitur Missa. Dicuntur autem flexis genibus (præterquam in diebus Dominicis, à primis Vesperis Sabbati, & toto tempore Paschali) Hebdomadario tamen ad Orationem surgente.

De Officio parvo Beatæ Mariæ & aliis.

XXXVII.

De Officio parvo beatæ Mariæ, & Officiis Defunctorum, de Septem Psalmis Penitentibus, & Litanis, & de Psalmis Gradualibus, quando, & quomodo, tam in Choro quam extra Chorum dicenda sunt, habentur solis locis propriæ Rubricæ circa finem Breviarii.

² Tempore Paschali in Officio parvo beatæ Mariæ, quod dicitur in Choro, non additur *Aleonia*, Antiphonis, neque Versibus, neque Responsoriis.

ORDO LIBRORUM

Per Anni circulum in Ecclesia Dei legendorum patet per hos Versus.

Disce per hoc scriptum quid sit, vel quando legendum.

*Adventus propriè vult Sermones Isaïæ.
Post Natale sacrum recitat sacra lectio Paulum.
Quinque libros Moysi, tibi Septua, Quadraque misit.
Vult sibi scripta legi Jeremiæ Passio Christi.
Actus Apostolicus sequitur post Pascha legendus.
Hinc Apocalypsim lege, Canonicasque vicissim.
Post Pentecosten Regum liber exit in hoste.
Indè per Augustum retinet Sapiëntia scutum.
Per totum mensem sapiens Salomon tenet ensen.
Cantat September Job, Tobiam, Judith, Esther.
Octobri mense Machabæa trophæa recense.
Iste Ezechiel, Daniel, durabunt mense Novembri.
Posteà tu repetes bis sex in fine Prophetas.*

DUÆ TABELLÆ EX RUCRICIS GENERALIBUS EXCERPTÆ.

In eorum prima statim videtur poterit de quo celebrandum erit Officium, si plura eorum die hebda occurrant.

In secunda vero quomodo Officium præcedens concurrat in Vesperis cum Officio sequentis diei.

Ex utraque Tabella hoc ordine reperietur quod sequitur.

Primum invenitur numerus positus in quadrangulo illo, in quo Festa, de quibus est con-
troversia, sibi invicem occurrunt; deinde legatur Regula juxta dictum numerum descripta, & ex ea clare videbitur, quid sit agendum.

Exempli gratia. Quadrangulus, in quo sibi invicem occurrunt Duplex primæ classis, & Dominica primæ Classis, erit qui est in angulo superiori primæ Tabellæ. In quo signatus est numerus 1. quia si ad eum tam Duplex, quam Dominica prædicta ex eorum locis recto transi-
te perierint, in eo sibi invicem occurrerunt. Regula autem juxta dictum numerum apposita sic habet. 1. Translatio de primo, Officium de secundo. Id est, Duplex primæ classis prædictum transferatur, & Officium fiat de Dominica primæ classis; quia cum in his Regulis dicitur de primo seu præcedenti, intelligitur de Festo in superiori parte Tabellæ apposito, ut Duplex prædictum; cum de secundo vel sequenti, de Festo in inferiori parte sub numeris apposito, ut Dominica prædicta.

In aliquibus autem quadrangulis nullus apponitur est numerus, vel quia nullus occurrit neque concursus esse potest, vel quia in propriis locis annotatur in Breviario quid sit agendum.

Scire tamen oportet, que sint Duplicia primæ & secundæ classis, & majora per annum, & que Dominicæ & Ferie majores dicantur.

DUPLICIA PRIMÆ CLASSIS.

In quibus nulla sit Commemoratio quoruncumque Festorum occurrentium, nisi prout dicitur in Tabella.

- Nativitas Domini.
- Epiphania Domini.
- Pascha Resurrectionis, cum tribus antecedentibus & duobus sequentibus diebus.
- Ascensio Domini.
- Pentecostes, cum duobus sequentibus diebus.
- Festum Corporis Christi.
- Nativitas S. Joannis Baptistæ.
- Festum SS. Apostolorum Petri & Pauli.
- Assumptio B. Mariæ Virginis.
- Festum Omnium Sanctorum.
- Dedicatio propriæ Ecclesie.
- Patronus, vel Titulus Ecclesie.

DUPLICIA SECUNDÆ CLASSIS.

In quibus de simplicibus sit Commemoratio in Laudibus tantum.

- Circumcisio Domini.
- Festum sanctissimi Nominis Jesu.
- Festum sanctissimæ Trinitatis.

- Purificatio } B. Mariæ.
- Annuntiatio }
- Nativitas }
- Conceptio }
- Natalitia duodecim Apostolorum.
- Festa Evangelistarum.
- Festa S. Stephani Proto-mart. & SS. Innocen-
tium.
- Festum S. Joseph.
- Inventio sanctæ Crucis.
- Festum sancti Laurentii.
- Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

DOMINICÆ MAJORES

- Dividuntur in duas Classes.
- Dominicae 1. Classis, que nunquam omittuntur.
- Prima Adventus.
- Prima Quadragesimæ.
- Passionis.
- Palmarum.
- Paschæ.
- In Albis.
- Pentecostes.
- Trinitatis.

DOMINICÆ SECUNDÆ CLASSIS.

Que non omittuntur, nisi occurrere Patrono vel Titulari Ecclesie, & eisdem Dedicatio-
nibus, & tunc de his fit semper Commemora-
tio in utriusque Vesperis & Laudibus.

- Secunda } Adventus.
- Quarta } Septuagesimæ.
- Dominica } Scxagesimæ.
- } Quinquagesimæ.
- } Quadragesimæ.
- Secunda }
- Tertia }
- Quarta }

DUPLICIA MAJORA PER ANNUM.

Que aliis Dominicis minoribus præferuntur.

- Transfiguratio Domini.
- Exaltatio sanctæ Crucis.
- Festum Septem dolorum.
- Festum de Monte Carmelo.
- Visitatio } B. Mariæ.
- Festum ad Nives }
- Festum SS. Nominis }
- Festum de Mercede }
- Festum SS. Rosarii }
- Presentatio }
- Conversio S. Pauli Apostoli.
- Cathedra S. Petri, utraque.
- Festum sancti Joannis ante Portam Latianam.
- Apparitio S. Michaelis Archangeli.
- S. Barnabæ Apostoli.
- Festum S. Annæ Matris B. V. M.
- Festum S. Petri ad Vincula.
- Festum S. Joachimi Confessoris.
- Patronorum minus principalium.

Ferie majores, de quibus semper fit Commemoratio.

- Adventus.
- Quadragesimæ.
- Quatuor Temporum.
- Secunda Rogationum.

SI OCCURRAT EODEM DIE.

Duplex primæ Classis, &	6	4	0	6	2	4	6	2	2	8	4	4	1
Duplex secundæ Classis,	4	4	0	4	2	4	6	2	8	1	4	4	1
Duplex per annum,	4	4	0	4	2	1	4	8	1	1	4	1	1
Dies infra Octavam,	4	4	0	4	3	3	7	3	5	5	3	3	3
Dies Octavæ,	4	4	0	4	2	7	4	2	3	3	4	3	3
Semiduplex,	4	4	0	4	8	1	4	1	1	1	1	1	1
Simplex,	3	3	3	0	3	3	3	3	3	5	3	3	3
S. Maria in Sabbato,	5	5	0	4	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Feria major,	6	6	6	4	3	3	3	3	3	0	0	0	0
Vigilia,	0	5	6	4	3	3	3	3	5	0	0	0	0

1. Translatio de primo, Officium de secundo.
2. Officium de primo, translatio de secundo.
3. Commemoratio de primo, Officium de secundo.
4. Officium de primo, Commemoratio de secundo.
5. Nihil de primo, Officium de secundo.
6. Officium de primo, nihil de secundo.
7. Officium de digniori, commemoratio de minù digno.
8. Officium de digniori, translatio de minù digno.

Dominica primæ Classis.	Dominica secundæ Classis.	Dominica per annum.	Duplex primæ Classis.	Duplex secundæ Classis.	Duplex per annum.	Dies infra Octavam.	Dies Octavæ.	Semiduplex.	Feria major.	Vigilia.
-------------------------	---------------------------	---------------------	-----------------------	-------------------------	-------------------	---------------------	--------------	-------------	--------------	----------

Notandum, quòd Duplex quodcumque, etiam Patroni, & Tituli Ecclesie, vel Dedicacionis ejusdem, occurrens in Vigiliis Nativitatis Domini & Pentecostes, in die Circumcisionis, in die Octava Cinerum, ac in tota majori Hebdomada, & infra Octavas Paschæ & Pentecostes, in

Ascensione Domini, in Festo Corporis Christi, in Festo Assumptionis B. M. V. & omnium Sanctorum, transfertur.

Infra Octavam Epiphaniæ fit tantum de Patrono, vel Titulari Ecclesie, & ejusdem Dedicacione, cum Commemoratio. Octavæ alia Festa transferuntur post Octavam.

Infra Octavam Corporis Christi, Semiduplex transfertur, neque fit de Duplici translato: & de ea, quocumque adveniente Duplici, fit Commemoratio.

Infra illas Octavas in quibus fit de Festis occurrentibus, Semiduplex occurrens in Dominica transfertur in proximè sequentem diem: quæ si fuerit impedita alio simili Festo, transfertur post Octavam.

De Octava Nativitatis Domini, Epiphaniæ, & Corporis Christi, semper fit Commemoratio quocumque Festo in illis occurrente.

De aliis Octavis, quæ non sunt in Calendario, nihil fit à Feria iv. Cinerum, usque ad Dominicam in albis, & à Vigilia Pentecostes usque ad Festum Trinitatis inclusive, & à die 17 Decembris usque ad Epiphaniam.

Dies Octavæ numquam transfertur: ideò quamquam Nativitas sancti Joannis Baptistæ occurrens in die Corporis Christi transferatur in diem sequentem: non tamen transfertur Octava; sed de ea fit tantum Commemoratio in Officio de Octava Corporis Christi.

Si occurrat, ut Patronus vel Titulus Ecclesiæ descriptus sit eodem die in Calendario cum aliis Sanctis, in ea Ecclesia fit tantum de Patrono, vel Titulari absque Commemoratione aliorum. Qui si in dicto Calendario descripti sint sub Officio Duplici, vel Semiduplici, transferuntur in primam diem simili Officio non impeditam, & de eis fiat Officium Semiduplex, nisi tamen sint de majoribus Festis, quia tunc de translato quoque fiet Officium Duplex, ac si proprio die celebraretur. Si vero in Calendario omnes sint tamquam Festum Simplex, de illis nihil fit.

De Feriis Adventus & Quadragesimæ, quando de eis non fit Officium, fit Commemoratio in utrisque Vesperis & Laudibus cujuscumque Festi: de Quatuor Temporibus, & Feria II. Rogationum, ac Vigiliis, in Laudibus tantum. Si verò aliqua Vigilia occurrat in Adventu, Quadragesima, & Quatuor Temporibus, vel in diebus Festorum Duplicium primæ Classis, sive Patroni, vel Tituli, aut Dedicacionis Ecclesiæ de ea nihil fit, nec etiam in Laudibus.

QUANDO CONCURRIT

Dominica major, seu i. & ii. Clas. cum	0	4	3	4	4	3	3	3	3	0	
Dominica minor, seu per annum,	0	4	3	4	3	3	1	1	1	0	
Duplex primæ Classis,	2	2	4	2	4	4	0	4	0	4	
Duplex secundæ Classis,	4	4	4	4	4	4	3	6	3	4	
Patronus seu Titulus Ecclesiæ,	2	2	4	2	4	4	4	0	4	0	
Duplex per annum majus,	4	4	4	4	4	4	6	1	3	1	
Duplex per annum minus,	4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	
Semiduplex,	4	5	3	4	5	3	3	1	1	5	
Dies Octava,	4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	
Dies infra Octavam,	0	0	3	4	5	3	3	1	1	5	
1. Totum de sequenti, nihil de præcedenti.	Sancta Maria in sabba. Die infra octavam. Die Octavæ. Simpliç. Duplex per annum majore. Duplex per annum minore. Semiduplex.	Die infra octavam.	Simpliç.	Duplex per annum majore.	Duplex per annum minore.	Semiduplex.	Duplex primæ Classis.	Duplex secundæ Classis.	Duplex primæ Classis.	Duplex primæ Classis.	Dominicae quatuordecim.
2. Totum de præcedenti, nihil de sequenti.											
3. Totum de sequenti, Commemoratio de præcedenti.											
4. Totum de præcedenti, Commemoratio de sequenti.											
5. Capitulum de sequenti, Commemoratio de præcedenti.											
6. Totum de digniori, Commemoratio de minus digno.											
Simplex, & Sancta Maria in Sabbato, Feria, & Vigilia non concurrunt.											

Notandum, quod in i. Vesp. diei Octav. Ascensionis, & Corporis Christi, totum Offic. fit de Oct. cum Comm. præcedentis Festi Duplicis, nisi fuerit Festum solemne principale, vel i. vel ii. Class. quia tunc de Festo fieret Officium, & Comm. de Octava.

In secundis Vesperis diei Octavæ Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi, de sequenti Duplici fit tantum Commemoratio, nisi illud fuerit i. vel ii. Class. seu Patronus, vel Titulus, aut Dedicatio Ecclesiæ; quia tunc de Festo fieret Officium, &

de Octava Commemor. Et similiter die Octava Corporis Christi in ii. Vesp. concurrente cum die Octava sancti Joannis Baptistæ, Vesp. erunt de Oct. Corporis Christi cum Commem. Oct. S. Joannis. In ii. Vesp. dupl. ii. Class. non fit Commem. de die infra Octavæ, nisi quando de ea fieri debeat Offic. die sequenti.

Cum plures sunt Commemorationes servetur hic ordo. De Duplici, de Dominica, de Semiduplici, de die infra Oct. de Fer. majori, seu Vig. de Sancta Maria in Sabb. de Simpliç.

ORA-

O R A T I O

DICENDA ANTE DIVINUM OFFICIUM.

A Peri Domine os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis, & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma; ut digne, attentè, ac devotè hoc officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectu divinæ Majestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen. Domine in unione illius divinæ intentionis, quâ ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas persolvo.

Orationem sequentem devotè post Officium recitantibus Leo Papa X. defectus & culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulsit.

S Acrosanctæ & individuæ Trinitati, crucifixi Domini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ & gloriosissimæ semperque virginis Mariæ secundæ integritati, & omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita sæcula sæculorum. **R.** Amen.

ÿ. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. **R.** Et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum. Pater noster, Ave Maria.

A B S O L U T I O N E S ET BENEDICTIONES

dicendæ ante Lectiones in Officio novem & trium Lectionum.

In primo Nocturno, & pro secunda & quinta Feria, Absolutio.

E xaudi Domine Jesu Christe preces servorum tuorum, & miserere nobis, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. **R.** Amen.

- Benedictiones.**
1. Benedictione perpetua benedicat nos Pater æternus. **R.** Amen.
 2. Unigenitus Dei Filius nos benedicere & adjuvare dignetur.
 3. Spiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra.

In secundo Nocturno, & pro tertia & sexta Feria, Absolutio.

I psi pietas & misericordia nos adjuvet, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. **R.** Amen.

- Benedictiones.**
4. Deus Pater omnipotens sit nobis propitijs & clemens. **R.** Amen.
 5. Christus perpetuè det nobis gaudia vite.
 6. Ignem sui amoris accendat Deus in cordibus nostris.

In tertio Nocturno, & pro Feria quarta & Sabbato, Absolutio.

A vinculis peccatorum nostrorum absolvat nos omnipotens & misericors Dominus. **R.** Amen.

- Benedictiones.**
7. Evangelica lectio sit nobis salus & protectio. **R.** Amen.
 8. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.
 9. Ad societatem civium supernorum perducatur nos Rex Angelorum.

Si Officium fit de Sancto novem Lectionum, octavæ Benedictio erit. Cujus Festum colimus, ipse vel ipsa

intercedat pro nobis ad Dominum.

Quando sunt plures, dicitur:

Quorum, vel Quorum Festum colimus, ipsi, vel ipsa intercedant pro nobis ad Dominum.

Si Officium fit de S. Maria, octavæ Benedictio erit, Cujus Festum colimus, ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum.

Si in ultima Lectione legendum sit aliud Evangelium cum Homilia, nona Benedictio erit, Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta.

In Officio trium Lectionum dicantur Absolutiones & Benedictiones prædictæ ordine superius in Rubricis generalibus, & in prima Dominica de Adventu descripto: & in eo quando non legitur Homilia cum Evangelio, & Benedictiones sumendæ sunt ex tertio Nocturno, prima Benedictio erit,

1. Ille nos benedicat, qui sine fine vivit & regnat.
2. Divinum auxilium.
3. Ad societatem.


In Officio trium Lectionum, quando legitur Homilia cum Evangelio, prima Benedictio erit,

1. Evangelica lectio.
2. Divinum auxilium.
3. Ad societatem.

Si Officium fit de Sancto trium Lectionum, prima Benedictio erit,

1. Ille nos benedicat, qui sine fine vivit & regnat.
2. Cujus, vel Quorum.
3. Ad societatem.

In Officio de S. Maria in Sabbato Absolutio & Benedictiones quæ ibidem ponuntur.



H. Murator sculp.

PSALTERIUM
DISPOSITUM
PER HEBDOMADAM
CUM ORDINARIO OFFICII DE TEMPORE.
PARS HYEMALIS ET VERNÆ.
DOMINICA AD MATUTINUM.

Ante Matutinum, & omnes Horas, præterquam ad Completorium, dicitur secreto:

Pater noster, qui es in caelis: sanctificetur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Ave Maria, grátia plena: Dóminus tecum: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

In principio Matutini, & Primæ, ac in fine Completorii, dicitur etiam Symbolum Apostolorum.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terre. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dóminum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Póntio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: descendit ad inferos, tertiâ die resurrexit à mortuis: ascendit ad cælos,

Pars Hyemalis.

sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum: sanctam Ecclesiam catholicam: Sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem: vitam æternam. Amen.

Deinde clara voce dicitur V.

Domine labia mea aperies. **R.** Et os meum annuntiabit laudem tuam. **V.** Deus in adiutorium meum intende. **R.** Domine ad adjuvandum me festina. Glória Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula seculorum. Amen. Alleluia.

Sic dicitur Alleluia, ad omnes Horas per totum Annum, præterquam à Dominica in Septuagesima usque ad Feriam v. in Cena Domini: tunc enim dicitur, Laus tibi

Domine, Rex æternæ glóriæ. Invitatorium sequens dicitur ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam Septuagesimæ.

Invitator. Adoremus Dóminum, Qui fecit nos. Repetitur, Adoremus Dóminum, qui fecit nos.

A

Psal-